

**[Rascunho de carta a Lineu]
[1777]**

IAN/TT (Instituto dos Arquivos Nacionais/Torre do Tombo, Lisboa), Arquivos Particulares, Abade Correia da Serra, Caixa 3A, A 45.

1 f.

Josephus Corrêa Serrius Carolo a Linnè S. P. D.

Diuturni mei silentii vir clarissime hodierna dies finem affert utinam et ejus causæ parem habituræ sint exitum. Sardoniam invisare tibi jamdiu promiseram, et fata longius traxerunt (?) Italia relicta Lusitaniam petii Patrem piissimum patriosque lares longo post tempore revisurus, sed his tamdiu desideratis frui negatum est. Patris optimi inopinam mortem val in ipso domus limine nosse datum fuit, domesticarum rerum dilacerationem eversioni simillimam spectaturo. Tædedit vitæ, tædet et nunc tam ominosæ patriæ.

Quam semper acerbam.

Semper honoratam sic dii volvistis habebō.

Sed ut tron te tædeat et hujus espistolæ, en aliqua ad naturæ historiæ spectantia. In itinere in patriam mense Januario hujus elapsis anni. Liguriæ oram maritimam investigare licuit, in ipsa plantarum enumerationem, per demortuarum cadavera paucissimas que tunc viventes institui. Centum septuaginta duo tibi mitto accuratissime recognitas et ad sexuale systema relatas. De Lusitania nostra nil adhuc dicam diligentius si fata sinunt scrutaturus, sed Floram abs Italis longe diversam expecta, Ericarum, Ulicum, Cistorum, mira varietas inest, at Cryptogamarum, graminum, Umbelliferarum exiguus numerus exilesque plantæ. Naturæ cultores lusitanos adhuc raros visere licet, Olyssipona unum summa igenii vi proditu (?) et maximo ardore in naturæ studium æstuantem cognovi, | quemque tibi notum esse volo Antonium Alvaresium Oratorii Præbiterum virum egregium et de quo magna sperare fas est, alium ni fallor Olyssipone frustra quænes. Antequa Italiam relinquerem observationes aliquæ meæ de structura montium Tulphensium typis vulgatæ fuere, in ephemeride litteraria quam Antologiam Itali vocant, ibi a tua de Martis absentia in alumine Romano opinione discessi, sed eaque par est reverentia cum de naturæ Primogenito loqui oportet. Ni adhuc ad te pervenit mittam has leves nugas. Demestrius meus in patriam concessit, de Ferbero aliqua rogo dicas an mittaviæ et iamnum dagit. Vale maxime naturæ mysta meque tibi addictissimem canse.

Dabam Serpæ.

Transcrição: J. C. S. Jesus, 2004.

Referências: *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France* / Direction des bibliothèques de France. Tome LV, Paris, Bibliothèque centrale du Muséum d'histoire naturelle (supplément) / par Yves Laissus, (Paris : Bibliothèque nationale, 1965), pp. 125-126.

IAN-TT_Arq_Part_Correia_da_Serra.Cx_3A-A45.[1777].pdf